Quelle: http://manuscripta.at/?ID=26327
Copyright: Admont, Benediktinerstift

Neq enim possumus discere iudicia & ex nostro arbi
trio illius sententie preiudicare. Hoc quod factum est
in propatulo est. quod qui in paradyso uirgines per
manserunt. eccti de paradyso copulati sunt. Aut
quid nocebit si paradysus nuptias recipit. & nulla est
inter uirginem maritum q diuersitas. iam in paradyso
eos ante sociari. Ciciuntur de paradyso. & quod ibi
non fecerunt interra faciunt. ut statim a principio
conditionis humane uirginitatem paradysius & ter
ra nuptias dedicauerit. In omni tempore sint uesti
menta tua candida. Candor uestium sempiterne
uirginitatis est ipsi puritas. In matutino seminaui
mus semen nostrum. & ad uesperam non cessemus. Qui seruiuimus in lege nuptiis. uirginitati
in euangelio seruiamus. Transeo ad canticum can
ticorum. & quod aduersarius totum putat esse pro
nuptiis uirginitatis continere sacramenta monstra
bo. Audiamus quid loquitur sponsa ante quam
sponsus eius ad terras ueniat. paciatur. inferos pe
netret ac resurgat. Similitudines auri faciemus
tibi cum distinctionibus argenti. quo adusq
rex in recubitu suo est. Ante quam resurgeret
dns & in euangelio coruscaret non habebat
aurum sponsa. sed similitudinem auri. Ar
gentum autem quod in nuptiis habere
se pollicetur habebat uarium atq distinctum
in uiduis. continentibus. ac martiis. Deinde
sponsus respondit ad in[illegible] sponsam. &
docet eam quod uere [illegible]ris legis umbra